

SANCTISSIMÆ TRINITATIS

Ad I Vesperas

HYMNUS

8

Immén sa et una, Trí-ni-tas, cu-ius po-téstas ómni- a fa-cit re-gítque
tém-po-ra et exstat ante sáecu-la. 2. Tu so-la pleno súffi-cis ti-bi be-á-
ta gáudi-o; tu pu-ra, simplex, pró-vi-da cæ-los et orbem cónti-nes. 3. Om-
nis, Pa-ter, fons grá-ti-æ, Lumen pa-térnæ gló-ri-æ, San-cte utri-úsque
Spí-ri-tus in-termi-ná-ta cá-ri-tas, 4. Ex te supré-ma o-rí-gi-ne, Tri-as be-
nígna, próflu-it cre-á-ta quicquid sú-sti-net, quicquid de-có-re pérfi-cit. 5.
Quos et co-róna múne-ras a-dop-ti-ó-nis íntimæ, nos templa fac-ni-tén-ti-a
ti-bi pla-cé-re iú-gi-ter. 6. O vi-va lux, nos ánge-lis da iun-gi in au-la cæ-li-ca,
ut gra-ti-amó-ris láu-di-bus te conci-námus pérpe-tim. A-men.

I
G ló-ri-a * ti-bi, Trí-ni-tas æquá-lis, u-na Dé-i-tas, et an-te
 ómni-a sæ-cu-la, et nunc et in per-pé-tu-um. E u o u a e.

Psalmus 112 (113)

Laudabile nomen Domini

Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles (Lc 1, 52).

- ¹ Laudáte, púeri Dómini, *
 laudáte nomen Dómini.
² Sit nomen Dómini benedíctum *
 ex hoc nunc et usque in sæculum.
³ A solis ortu usque ad occásum *
 laudábile nomen Dómini.
⁴ Excélsus super omnes gentes Dóminus, *
 super cælos glória eius.
⁵ Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat *
⁶ et se inclínat, ut respíciat in cælum et in terram?
⁷ Súscitans de terra ínopem, *
 de stércore érigens páuperem,
⁸ ut cólloquet eum cum princípibus, *
 cum princípibus pópuli sui.
⁹ Qui habitáre facit stérilem in domo, *
 matrem filiórum lætántem.

II
B e-ne-dícta sit * sancta Trí-ni-tas atque indi-ví-sa U-ni-tas;
 confi-té-bi-mur e-i, qui-a fe-cit no-bíscum mi-se-ri-córdi-am su-am.
 E u o u a e.

Psalmus 147 (147 B)
Instauratio Ierusalem

Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni (Ap 21, 9).

- ¹² Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.
- ¹³ Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedíxit filiis tuis in te.
- ¹⁴ Qui ponit fines tuos pacem *
et ádipe fruménti sátiat te.
- ¹⁵ Qui emíttit elóquium suum terræ, *
velóciter currit verbum eius.
- ¹⁶ Qui dat nivem sicut lanam, *
pruínam sicut cínerem spargit.
- ¹⁷ Mittit crystállum suam sicut buccéllas; *
ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?
- ¹⁸ Emíttet verbum suum et liquefáciét ea, *
flabit spíritus eius, et fluent aquæ.
- ¹⁹ Qui annúnciat verbum suum Iacob, *
iustítias et iudícia sua Israel.
- ²⁰ Non fecit táliter omni natióni, *
et iudícia sua non manifestávit eis.

I
G ló-ri- a et ho- nor * De- o in u-ni- tá- te tri- na, Patri et
Fí- li- o cum Sancto Spí- ri- tu in sempi- térna sæcu- la. E u o u a e.

Canticum
Eph 1, 3-10
De Deo salvatore

- ³ Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritali in cæléstibus in Christo,
- ⁴ sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutióne, †
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritaté,
- ⁵ qui prædestinávit nos in adoptiÓnem filiÓrum †
per Iesum Christum in ipsum, *
secúndum beneplácitum voluntátis suæ,

⁶ in laudem glóriæ grátiae suæ, *
in qua gratificávit nos in Dilécto,
⁷ in quo habémus redemptionem per sánguinem eius, *
remissionem peccatórum,
secúndum divítias grátiae eius, †
⁸ quam superabundáre fecit in nobis *
in omni sapiéntia et prudéntia,
⁹ notum fáciens nobis mystérium voluntátis suæ, *
secúndum beneplácitum eius,
quod propósuit in eo, *
¹⁰ in dispensatióem plenitúdinis témporum:
reapituláre ómnia in Christo, *
quæ in cælis et quæ in terra.

LECTIO BREVIS (Rom 11, 33-36)

O altitúdo divitiárum et sapiéntiæ et sciéntiæ Dei! Quam incomprehensibília sunt iudícia eius et investigábiles viæ eius! *Quis enim cognóvit sensum Dómini? Aut quis consiliárius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei?* Quóniam ex ipso et per ipsum et in ipsum ómnia. Ipsi glória in sæcula. Amen.

RESPONSORIUM BREVE

⁶
Be-ne-di-cá-mus Patrem et Fí-li-um cum Sancto Spí-ri-tu. R
Laudé-mus e-um in sæcu-la. V So-li De-o ho-nor et gló-ri-a. V
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

I
Grá-ti-as * ti-bi, De-us; grá-ti-as ti-bi, ve-ra u-na

Tri-ni-tas, u-na et tri-na Vé-ri-tas, tri-na et ve-
ra U-ni-tas. E u o u a e.

PRECES

Pater per Spíritum Sanctum carnem Christi Fílii sui vivificávit et vivificántem pro nobis constitúit. Ad Deum unum et trinum hanc vocem glóriæ dirigámus:

Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto.

Pater, omnípotens ætérne Deus, Paráclitum Spíritum Sanctum in nómine Fílii tui super Ecclésiám mitte,

- ut servet eam in unitáte caritátis et veritátis perféctæ.

Mitte, Dómine, operários in messem tuam, ut dóceant omnes gentes et baptizent eas in nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti,

- et eas confirment in fide.

Dómine, ádiuva omnes, qui persecutióem patiúntur propter nomen Fílii tui, - quia ipse promísit te Spíritum veritátis datúrum, ut loquátur in illis.

Pater omnípotens, te, Verbum et Spíritum Sanctum unum esse omnes agnóscant, - ut unum Deum credant, sperent et diligant.

Pater vivéntium, fac defúncos consórtes glóriæ tuæ,

- in qua Fílius tuus et Spíritus Sanctus tecum in unitáte coætérni regnant.

Pater noster.


Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessióne veræ fídei, ætérnæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis. Per Dóminum.

Ad Invitatorium

IV
D e-um ve-rum, unum in Tri-ni-tá-te et Tri-ni-tá-tem
in U-ni-tá-te, ve-ni-te, ad-o-rémus.


IV
V e-ní-te, exsultémus Dó-mi-no, iu-bi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro.



Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in con-fessi-ó-ne, et in psalmis iu-bi-lémus



e-i. Quó-ni-am De-us magnus Dó-mi-nus, et rex magnus super omnes




de-os. Quó-ni-am non re-pél-let Dó-mi-nus ple-bem su-am, qui-a in manu e-



ius sunt omnes fi-nes terræ, et al-ti-tú-di-nes mónti-um ipse cónspi-cit.




Quó-ni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et á-ri-dam funda-vé-runt



manus e-ius. Ve-ní-te, a-do-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram



Dó-mi-no, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dó-mi-nus De-us no-ster, nos autem



pó-pu-lus e-ius, et o-ves pá-scu-æ e-ius. Hó-di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-



tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in e-xa-cerba-ti-ó-ne se-cúndum

di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto, u-bi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-
vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-
ra-ti- ó-ni hu- ic, et di-xi: Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-
vé-runt vi- as me- as, qui-bus iu-rá-vi in i-ra me- a: Si intro- í- bunt in
réqui- em me- am.» Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Si-cut
e-rat in princí- pi- o, et nunc, et semper, et in sæ- cu- la sæ- cu- ló- rum. Amen.

Ad Officium lectionis

HYMNUS

Te Patrem summum ge-ni-túmque Verbum Flamen ac Sanctum Dó-
mi-num fa-téntur ú-ni-cum, quot- quot pa-ra-dí si amoenus hortus a-dú-
nat. 2. Quam mo-dis mi- ris, Tri- as alma, vi-vas pérci-pit nemo, tamen us-que

in æ-vum cæ-li-tes vul- tu sá-ti- as, a- lácri vo-ce ca-néntes. 3. Te ca-
nunt mundi sta-tu- ísse mo- lem, Lúmi ne æ-térno ré-ge re u-ni- vérsa, ígni-
bus cel- si re-fo-vé re Amó- ris corda tu- ó- rum. 4. Mente permí-sti súde-
rum ca-térvis, iam cho-ris il-lis so-ci- ámus hymnos, qui tu a optá- mus
fo-re semp- térna pa-ce be- á- ti. A- men.

Ad- ésto, * De- us u- nus, omní-po- tens Pa- ter et Fí- li- us
et Spí- ri- tus Sanctus. E u o u a e.

Psalmus 8

Maiestas Domini et dignitas hominis

Omnia subiecit sub pedibus eius, et ipsum dedit caput supra omnia Ecclesie
(Eph 1, 22).

² Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra,
quóniam eleváta est magnificéntia tua *
super cælos.

³ Ex ore infántium et lactántium †
perfecísti laudem propter inimícos tuos, *
ut déstruas inimicum et ultórem.

⁴ Quando vídeo cælos tuos, ópera digitórum tuórum, *

- lunam et stellas, quæ tu fundásti,
⁵ quid est homo, quod memor es eius, *
aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?
- ⁶ Minuísti eum paulo minus ab ángelis, †
glória et honóre coronásti eum *
⁷ et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

- Omnia subiecísti sub pédibus eius, †
⁸ oves et boves univérsas, *
ínsuper et pécora campi,
⁹ vólucres cæli et pisces maris, *
quæcúmque perámbulant sémitas maris.
- ¹⁰ Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

VII
C á- ri- tas Pa- ter est, * grá- ti- a Christus, commu- ni- cá- ti- o Spí- ri-
tus Sanctus: o be- á- ta Trí- ni- tas. E u o u a e.

Psalmus 32 (33)
Laus Domini providentis

Omnia per ipsum facta sunt (Io 1, 3).

I

- ¹ Exsultáte, iusti, in Dómino; *
rectos decet collaudátio.
- ² Confitémmini Dómino in cíthara, *
in psaltério decem chordárum psállite illi.
- ³ Cantáte ei cánticum novum, *
bene psállite ei in vociferatióne,
- ⁴ quia rectum est verbum Dómini, *
et ómnia ópera eius in fide.
- ⁵ Diligit iustítiam et iudícium; *
misericórdia Dómini plena est terra.
- ⁶ Verbo Dómini cæli facti sunt, *
et spíritu oris eius omnis virtus eórum.
- ⁷ Cóngregans sicut in utre aquas maris, *
ponens in thesáuris abyssos.
- ⁸ Tímeat Dóminum omnis terra, *

a fácie autem eius formídent omnes inhabitántes orbem.

⁹ Quóniam ipse dixit, et facta sunt, *

ipse mandávit, et creáta sunt.


¹⁰ Dóminus díssipat consília géntium, *

írritas facit cogitatiónes populórum.

¹¹ Consílium autem Dómini in ætérnum manet, *

cogitatiónes cordis eius in generatióne et generatiónem.

VIII
V



e- rax est Pa-ter, * vé-ri- tas Fí- li- us, ve-ri- tá- tis Spí- ri- tus:
o be- á- ta Trí- ni- tas. E u o u a e.

II

¹² Beáta gens, cui Dóminus est Deus, *

pópulus, quem elégit in hereditátem sibi.

¹³ De cælo respéxit Dóminus, *

vidit omnes filios hóminum.

¹⁴ De loco habitáculi sui respéxit *

super omnes, qui hábitant terram,

¹⁵ qui finxit singillátim corda eórum, *

qui intéllegit ómnia ópera eórum.

¹⁶ Non salvátur rex per multam virtútem, *

et gigas non liberábitur in multítudine virtútis suæ.

¹⁷ Fallax equus ad salútem, *

in abundántia autem virtútis suæ non salvábit.

¹⁸ Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, *

in eos, qui sperant super misericórdia eius,

¹⁹ ut éruat a morte ánimas eórum *

et alat eos in fame.

²⁰ Anima nostra sústinet Dóminum, *

quóniam adiútor et protéctor noster est;

²¹ quia in eo lætábitur cor nostrum, *

et in nómine sancto eius sperávimus.

²² Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, *

quemádmódum sperávimus in te.

Ÿ. Verbo Dómini cæli firmáti sunt.

Ŕ. Et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

LECTIO PRIOR

De Epístola prima beáti Pauli apóstoli ad Corinthios 2, 1-16

¹Ego, cum veníssem ad vos, fratres, veni non per sublimitátem sermónis aut sapiéntiæ annúntians vobis mystérium Dei. ²Non enim iudicávi scire me áliquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. ³Et ego in infirmitáte et timóre et tremóre multo fui apud vos, ⁴et sermo meus et prædicatio mea non in persuasíbilibus sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne Spíritus et virtútis, ⁵ut fides vestra non sit in sapiéntia hóminum sed in virtúte Dei.

⁶Sapiéntiam autem lóquimur inter perféctos, sapiéntiam vero non huius sæculi neque princípum huius sæculi, qui destruúntur, ⁷sed lóquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscondita est, quam prædestinávit Deus ante sæcula in glóriam nostram, ⁸quam nemo princípum huius sæculi cognóvit; si enim cognovísset, numquam Dóminum glóriæ crucifixissent. ⁹Sed sicut scriptum est: «*Quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascendit, quæ præparávit Deus his, qui díligunt illum*».

¹⁰Nobis autem revelávit Deus per Spíritum; Spíritus enim ómnia scrutátur, étiam profúnda Dei. ¹¹Quis enim scit hóminum, quæ sint hóminis, nisi spíritus hóminis, qui in ipso est? Ita et, quæ Dei sunt, nemo cognóvit nisi Spíritus Dei. sciámus, quæ a Deo donáta sunt nobis; ¹³quæ et lóquimur non in doctis humanæ sapiéntiæ, sed in doctis Spíritus verbis, spiritalibus spiritalia comparánte. illi, et non potest intelligere, quia spiritaliter examinántur; ¹⁵spiritalis autem iúdicat ómnia, et ipse a némine iudicátur. *qui ínstruat eum?* Nos autem sensum Christi habémus.

RESPONSORIUM (Cf. Eph 1, 17. 18; 1 Cor 2, 12 a)

℟. Deus Dómini nostri Iesu Christi, Pater glóriæ, det nobis Spíritum sapiéntiæ et revelatiónis in agnitióne eius, illuminátos óculos cordis nostri, * Ut sciámus quæ sit spes vocatiónis eius et quæ divítiæ glóriæ hereditátis eius in sanctis.

℣. Non spíritum mundi accévimus, sed Spíritum qui ex Deo est, * Ut sciámus quæ sit spes vocatiónis eius et quæ divítiæ glóriæ hereditátis eius in sanctis.

LECTIO ALTERA

Ex Epístolis sancti Athanásii epíscopi

Haud abs re fúerit véterem traditiónem, doctrinámque ac fidem cathólicæ Ecclésiæ investigáre, quam scílicet Dóminus trádedit, Apóstoli prædicavére et patres servavére. In ea enim Ecclésia fundáta est, a qua si quis exciderit, is nec esse nec ámplius dici christiánus ulla ratióne póterit.

Itaque Trínitas sancta et perfécta est, quæ in Patre et Fílio et Spíritu Sancto agnóscitur, nihílque aliénium vel extrínsecus admíxtum habet, neque ex creatóre et re creáta constat, sed tota creándi et efficiéndi vi prædita est; sibi quoque símilis et indivídua est nátura, unáque eius est efficácia et áctio. Nam Pater per Verbum in Spíritu Sancto ómnia facit, eóque modo Sanctæ Trinitátis únitás servátur. Ita unus Deus in Ecclésia prædicátur, qui est *super ómnia et per ómnia et in ómnibus*. *Super ómnia* quidem ut Pater, ut princípium et fons; *per ómnia* vero, nempe per Verbum; *in ómnibus* dénique, in Spíritu Sancto.

Beátus Paulus, cum de spiritalibus rebus ad Corínthios scribit, ómnia ad unum Deum Patrem tamquam ad caput hoc pacto reducit: *Divisiónes vero gratiarum sunt, idem autem Spíritus; et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus; et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus.*

Quæ enim Spíritus singulis distribuit, ea a Patre per Verbum dantur. Nam ómnia quæ Patris sunt, item Filii: unde ea quæ a Fílio in Spíritu dantur, vera sunt Patris múnera. Simíliter cum Spíritus in nobis est, Verbum, a quo illum accípimus, in nobis étiam est, et in Verbo est quoque Pater, atque ita fit istud: *Veniémus ego et Pater, et mansiónem apud eum faciémus.* Ubi enim lux est, illic et splendor quoque est; ubi item splendor est, ibi simíliter et eius efficiéntia et spléndida est grátia.

Quod idem Paulus in secúnda Epístola ad Corínthios his verbis docet: *Grátia Dómini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et comunicatio Sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis.* Grátia enim et donum quod in Trinitáte datur, datur a Patre per Fílium in Spíritu Sancto. Nam quemádmódu ex Patre per Fílium datur grátia, ita in nobis fieri non potest doni comunicatió nisi in Spíritu Sancto. Huius síquidem partícipes effécti, Patris caritátem, Fílii grátiam et ipsius Spíritus comunicatiónem habémus.

RESPONSORIUM

¶. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu. * Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℞. Benedictus Deus in firmaménto cæli et laudábilis et gloriósus in sæcula. * Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

I
T rí- ni- tas, summo só- li- o co- rú- scans, gló- ri- æ carmen ti- bi sit
pe- rén- ne, quæ te- nes no- stri ve- hemén ti a- mó- re pé- cto- ris ima. 2.
Cón- di- tor re- rum, Pa- ter, alma vir- tus, quos tu- æ vi- tæ fa- cis atque for-
mæ es- se consór- tes, fí- de- i fac usque do- na me- ré- ri. 3. Can- dor

æ-térnæ spe-cu-lúmque lu-cis, Na- te, quos di- cis so-ci- ásque fra- tres,
 pálmí- tes vi- ti ti- bi nos i- nés-se da vi- ri-dántes. 4. Cá- ri- tas, i-
 gnis, pí- e- tas, po- ténti lú- mi ne ac blando mó- de- rans cre- á- ta, Spí- ri-
 tus, men- tem ré- no- va, fo- vé- to ín- ti- ma cordis. 5. Ho- spes o dul- cis,
 Tri- as obsecránda, nos ti- bi iu- gi fac amó- re ne- xos, pérpe- tes do- nec
 mo- du- lé- mur hymnos te- que fru- ámur. A- men.

III

G ló- ri- a lau- dis * ré- sonet in o- re ómni- um, Patri, ge- ni- táque
 Pro- li, Spi- rí- tu- i Sancto pá- ri- ter re- súltet lau- de per- énni. E u o u a

e.

Psalmus 62 (63), 2-9
 Anima Dominum sitiens

Ad Deum vigilat, qui opera noctis reicit.

- ² Deus, Deus meus es tu, *
ad te de luce vígilo.
Sitívit in te ánima mea, *
te desiderávit caro mea.
In terra desérta et árida et inaquósa, †
³ sic in sancto appáruí tibi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.
⁴ Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas, *
lábia mea laudábunt te.
⁵ Sic benedicám te in vita mea *
et in nómine tuo levábo manus meas.
⁶ Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea, *
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.
⁷ Cum memor ero tui super stratum meum, *
in matutínis meditábor de te,
⁸ quia fuísti adiútor meus, *
et in velaménto alárum tuárum exsultábo.
⁹ Adhæsít ánima mea post te, *
me suscépit délixtera tua.

V
T e iu-re lau-dant, * te ad- ó- rant, te glo- rí- fi- cant omnes cre-
a-tú-ræ tu- æ, o be- á-ta Trí- ni- tas. E u o u a e.

Canticum
Dan 3, 57-88. 56

Omnis creatura laudet Dominum

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius (Ap 19, 5).

- ⁵⁷ Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino, *
laudáte et superexaltáte eum in sécula.
⁵⁸ Benedícite, cæli, Dómino, *
⁵⁹ benedicite, ángeli Dómini, Dómino.
⁶⁰ Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino, *
⁶¹ benedicat omnis virtus Dómino.
⁶² Benedícite, sol et luna, Dómino, *
⁶³ benedicite, stellæ cæli, Dómino.
⁶⁴ Benedícite, omnis imber et ros, Dómino, *

⁶⁵ benedícite, omnes venti, Dómino.

⁶⁶ Benedícite, ignis et æstus, Dómino, *

⁶⁷ benedícite, frigus et æstus, Dómino.

⁶⁸ Benedícite, rores et pruína, Dómino, *

⁶⁹ benedícite, gelu et frigus, Dómino.

⁷⁰ Benedícite, glácies et nives, Dómino, *

⁷¹ benedícite, noctes et dies, Dómino.

⁷² Benedícite, lux et ténebræ, Dómino, *

⁷³ benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

⁷⁴ Benedícat terra Dóminum, *

laudet et superexáltet eum in sæcula.

⁷⁵ Benedícite, montes et colles, Dómino, *

⁷⁶ benedícite, unívsa germinántia in terra, Dómino.

⁷⁷ Benedícite, mária et flúmina, Dómino, *

⁷⁸ benedícite, fontes, Dómino.

⁷⁹ Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino, *

⁸⁰ benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

⁸¹ Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino, *

⁸² benedícite, filii hóminum, Dómino.

⁸³ Bénedic, Israel, Dómino, *

laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

⁸⁴ Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino, *

⁸⁵ benedícite, servi Dómini, Dómino.

⁸⁶ Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino, *

⁸⁷ benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.

⁸⁸ Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino, *

laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu; *

laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

⁵⁶ Benedíctus es in firmaménto cæli *

et laudábilis et gloriósus in sæcula.

In fine huius cantici non dicitur Glória Patri.

V
E x quo ómni- a, * per quem ómni- a, in quo ómni-
a: ipsi gló-ri- a in sæ-cu- la. E u o u a e.

Psalmus 149
Exsultatio sanctorum

Filii Ecclesiae, filii novi populi exsultent in rege suo: in Christo (Hesychius).

- ¹ Cantáte Dómino cánticum novum; *
 laus eius in ecclésia sanctorum.
- ² Lætétur Israel in eo, qui fecit eum, *
 et filii Sion exsúltent in rege suo.
- ³ Laudent nomen eius in choro, *
 in týmpano et cíthara psallant ei,
⁴ quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
 et honorábit mansuétos in salúte.
- ⁵ Iúbilent sancti in glória, *
 læténtur in cubilibus suis.
- ⁶ Exaltatiónes Dei in gútture eórum *
 et gládii ancípites in mánibus eórum,
- ⁷ ad faciéndam vindíctam in natióibus, *
 castigatiónes in pópulis,
- ⁸ ad alligándos reges eórum in compédibus *
 et nóbiles eórum in mánicis férreis,
- ⁹ ad faciéndum in eis iudícium conscriptum: *
 glória hęc est ómnibus sanctis eius.

LECTIO BREVIS (1 Cor 12, 4-6)

Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus; et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus; et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus.


RESPONSORIUM BREVE

6

T i-bi laus, ti- bi gló-ri- a, O be- á- ta Trí-ni- tas. Ti-bi gra-
ti- á- rum ácti- o in sœcu- la sœ- cu- ló- rum. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o,
et Spi- rí- tu- i Sancto.

ANTIPHONA AD BENEDICTUS

VI
B



e-ne-dí-cta sit * cre-á-trix et gubernátrix ómni-um, san-cta et
indi-ví-du-a Trí-ni-tas, et nunc, et semper, et per infi-ní-ta saecu-ló-
rum saé-cu-la. E u o u a e.

PRECES

Patrem, Filium et Spíritum Sanctum adorémus et glorificémus iubilántes:

Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto.

Pater sancte, nobis nesciéntibus sicut opórtet oráre, Spíritum Sanctum donáre dignéris,

- ut ádiuvet infirmitátem nostram et póstulet secúndum te pro nobis.

Fili Dei, qui Patrem rogásti, ut Paráclitum daret Ecclesiæ tuæ,

- fac ut máneat nobíscum in ætérnum Spíritus veritátis.

Veni, Sancte Spíritus, et fructus tuos nobis largíre: caritátem, gáudium, pacem, patiéntiam, benignitátem, bonitátem,

- longanimitátem, mansuetúdinem, fidem, modéstiam, continéntiam, castitátem.

Pater omnípotens, qui Spíritum Fílii tui in corda nostra misísti, clamántem:

Abba, Pater,

- fac nos a Spíritu agi, ut simus herédes tui, coherédes autem Christi.

Christe, qui Paráclitum misísti procedéntem a Patre, ut testimónium perhibéret de te,

- fac ut étiam nos testimónium de te perhibeámus coram homínibus.

Pater noster.

Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessiõe veræ fidei, ætérnæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis. Per Dóminum.

Ad Horam mediam


HYMNUS

Ad Tertiam

VIII
Nunc Sancte no-bis Spí- ri- tus, Unum Patri cum Fí- li- o, Digná-
re promptus ín-ge- ri, Nostro re- fú- sus pec- to- ri. 2. Os, lingua, mens, sen-
sus, vi- gor Confessi- ónem pérsonent. Flamméscat igne cá- ri- tas, Accén-
dat ar- dor pró- xi- mos. 3. Præsta, Pa- ter pi- ís- si- me, Patrique compar U-
ni- ce, Cum Spí- ri- tu Pa- rá- cli- to Regnans per omne sæ- cu- lum. A- men.

Ad Sextam

VIII
Rector pot- ens, ve- rax De- us, Qui tёмpe- ras re- rum vi- ces, Splen-
dóre ma- ne ínstru- is Et ígni- bus me- rí- di- em. 2. Exstingue flammás
lí- ti- um, Aufer ca- ló- rem nó- xi- um, Confer sa- lú- tem córpo- rum, Ve- rám-
que pa- cem cór- di- um. 3. Præsta, Pa- ter pi- ís- si- me, Patrique compar U-




ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Regnans per omne sáe-cu-lum. A-men.

Ad Nonam

VIII
Re-rum, De-us, te-nax vi-gor, Immó-tus in te pér-ma-nens, Lu-cis



di-úr-næ témpo-ra Succéssi-bus de-tér-mi-nans. 2. Largí-re cla-rum vés-



pe-re, Quo vi-ta numquam dé-ci-dat, Sed præ-mi-um mor-tis sac-ræ Per-én-



nis in-stet gló-ri-a. 3. Præ-sta, Pa-ter pi-ís-si-me, Patri-que compar U-




ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Regnans per omne sáe-cu-lum. A-men.

ANTIPHONA

Ad Tertiam

IV
Te invo-cá-mus, * te ad-o-rá-mus, te laudá-mus, o be-á-ta



Trí-ni-tas. E u o u a e.

Ad Sextam


III
In Patre * ma-net æ-tér-ni-tas, in Fí-li-o æ-quá-li-tas, in Spí-ri-tu



San-cto æ-terni-tá-tis æqua-li-ta-tís-que con-né-xi-o. E u o u a e.

Ad Nonam

III
T e semper * i- dem es-se, ví-ve-re et in-tel-lé-ge-re pro-fi- témur.



E u o u a e.

Psalmus 117 (118)

Vox iubilationis et salutis

Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus, qui factus est in caput anguli (Act 4, 11).

I

- ¹ Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
- ² Dicat nunc Israel, quóniam bonus, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
- ³ Dicat nunc domus Aaron, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
- ⁴ Dicant nunc, qui timent Dóminum, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
- ⁵ De tribulatióne invocávi Dóminum, *
et exaudivit me edúcens in latitúdinem Dóminus.
- ⁶ Dóminus mecum, *
non timébo, quid fáciat mihi homo.
- ⁷ Dóminus mecum adiútor meus, *
et ego despíciam inimícos meos.
- ⁸ Bonum est confúgere ad Dóminum *
quam confídere in hómine.
- ⁹ Bonum est confúgere ad Dóminum *
quam confídere in princípibus.

II

- ¹⁰ Omnes gentes circuiérunt me, *
et in nómine Dómini excídi eos.
- ¹¹ Circumdántes circumdedérunt me, *
et in nómine Dómini excídi eos.
- ¹² Circumdedérunt me sicut apes †
et exarsérunt sicut ignis in spinis, *
et in nómine Dómini excídi eos.
- ¹³ Impelléntes impulérunt me, ut cáderem, *
et Dóminus adiúvit me.
- ¹⁴ Fortitúdo mea et laus mea Dóminus *
et factus est mihi in salútem.
- ¹⁵ Vox iubilatiónis et salútis *
in tabernáculis iustórum:
«Déxtera Dómini fecit virtútem! †
¹⁶ Déxtera Dómini exaltáta est; *
délixtera Dómini fecit virtútem!».
- ¹⁷ Non móriar, sed vivam *
et narrábo ópera Dómini.
- ¹⁸ Castígans castigávit me Dóminus *
et morti non trádidit me.

III

- ¹⁹ Aperíte mihi portas iustítiæ; *
ingréssus in eas confitébor Dómino.
- ²⁰ Hæc porta Dómini; *
iusti intrábunt in eam.
- ²¹ Confitébor tibi, quóniam exaudísti me *
et factus es mihi in salútem.
- ²² Lápídem quem reprobavérunt ædificántes, *
hic factus est in caput ánguli;
- ²³ a Dómino factum est istud *
et est mirábile in óculis nostris.
- ²⁴ Hæc est dies, quam fecit Dóminus: *
exsultémus et lætémur in ea.
- ²⁵ O Dómine, salvum me fac; *
o Dómine, da prosperitátem!
- ²⁶ Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. *
Benedícimus vobis de domo Dómini.
- ²⁷ Deus Dóminus et illúxit nobis. *

Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis usque ad cónua altáris.

²⁸ Deus meus es tu, et confitébor tibi, *
Deus meus, et exaltábo te.

²⁹ Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sæculum misericórdia eius.

Ad Tertiam

LECTIO BREVIS (2 Cor 1, 21-22)

Confírmát nos vobíscum in Christum et unxit nos Deus, et signávit nos et dedit arrabónem Spíritus in córdibus nostris.

℣. Intráte portas eius in confessióne.

℞. Date glóriam Deo Patri et Fílio et Spíritui Sancto.

Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessióne veræ fidei, æternæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis. Per Christum.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS (Cf. Gal 4, 4. 5-6)

Misit Deus Fílium suum, ut adoptiõem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis filii, misit Deus Spíritum Fílii sui in corda nostra clamántem: «Abba, Pater!».

℣. O Beáta et benedícta et gloriósa Trínitas.

℞. Pater et Filius et Spíritus Sanctus.

Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessióne veræ fidei, æternæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis. Per Christum.

Ad Nonam

LECTIO BREVIS (Ap 7, 12)

Benedíctio et glória et sapiéntia et gratiárum áctio et honor et virtus et fortitúdo Deo nostro in sæcula sæculórum. Amen.

℣. Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli.

℞. Et laudábilis et gloriósus in sáecula.


Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessiόne veræ fidei, ætérnæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis. Per Christum.

Ad II Vesperas

HYMNUS

8



Immén sa et una, Trí-ni-tas, cu-ius po-téstas ómni- a fa-cit re-gítque
tém-po-ra et exstat ante sáecu-la. 2. Tu so-la pleno súffi-cis ti-bi be-á-
ta gáudi-o; tu pu-ra, simplex, pró-vi-da cæ-los et orbem cónti-nes. 3. Om-
nis, Pa-ter, fons grá-ti-æ, Lumen pa-térnæ gló-ri-æ, San-cte utri-úsque
Spí-ri-tus in-termi-ná-ta cá-ri-tas, 4. Ex te supré ma o-rí-gi-ne, Tri-as be-
nígna, próflu-it cre-á-ta quicquid sú-sti-net, quicquid de-có-re pérfi-cit. 5.
Quos et co-róna múne-ras a-dop-ti-ó-nis íntimæ, nos templa fac-ni-tén-ti-a



ti-bi pla-cé-re iú-gi-ter. 6. O vi-va lux, nos ánge-lis da iun-gi in au-la cæ-li-ca,



ut gra-ti-amó-ris láu-di-bus te conci-ná-mus pér-pe-tim. A-men.



ve-ra, summa, * sempi-térna Trí-ni-tas, Pa-ter, Fí-li-us,



Spí-ri-tus Sanctus. E-u-o-u-a-e.

Psalmus 109 (110), 1-5. 7

Messias rex et sacerdos

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius (1 Cor 15, 25).

¹Dixit Dóminus Dómino meo: *
«Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos *
scabéllum pedum tuórum».

²Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.

³Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero ante lucíferum génuí te.

⁴Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum ór-dinem Melchisedech».

⁵Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.

⁷De torrén-te in via bibet, *
proptérea exaltábit caput.



í-be-ra nos, * sal-va nos, iustí-fi-ca nos, o



be- á-ta Trí- ni- tas. E u o u a e.

Psalmus 113 A (114)


Israel ex Ægypto liberatur

Cognoscite etiam vos exiisse ab Ægypto, qui huic sæculo renuntiastis (S. Augustinus).

- ¹ In éxitu Israel de Ægýpto, *
domus Iacob de pópulo bárbaro,
- ² factus est Iuda sanctuárium eius, *
Israel potéstas eius.
- ³ Mare vidit et fugit, *
Iordánis convérsus est retrórsum;
- ⁴ montes saltavérunt ut aríetes, *
et colles sicut agni óvium.
- ⁵ Quid est tibi, mare, quod fugísti? *
Et tu, Iordánis, quia convérsus es retrórsum?
- ⁶ Montes, quod saltástis sicut aríetes, *
et colles, sicut agni óvium?
- ⁷ A fácie Dómini contremísce, terra, *
a fácie Dei Iacob,
- ⁸ qui convértit petram in stagna aquárum *
et sílicem in fontes aquárum.



an- ctus, * San-ctus, San- ctus Dómi-nus De- us omní- po- tens,



qui e-rat et qui est et qui ventú-rus est. E u o u a e.

Canticum Cf. Ap 19, 1-2, 5-7

De nuptiis Agni



a-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, R Alle-lú-ia. V qui- a ve-ra


et iusta iudicia eius, R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia. V Laudem dicite Deo
nostro, omnes servi eius, R Alle-lu-ia. V et qui time-tis e-um, pu-sil-li
et magni, R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia. V Quo-ni-am regna-vit Dómi-nus, De-us
noster omni-po-tens, R Alle-lu-ia. V gaude-amus et exsulemus et demus gló-
ri-am e-i, R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia. V Qui-a ve-ne-runt núpti-æ Agni, R
Alle-lu-ia. V et u-xor e-ius præpa-ra-vit se. R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia. V
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o R Alle-lu-ia. V et Spi-rí-tu-i Sancto. R Alle-lu-ia,
al-le-lu-ia. V Si-cut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc et semper, R Alle-lu-ia. V
et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia.

LECTIO BREVIS (Eph 4, 3-6)

Sollíciti estóte serváre unitátem spíritus in vínculo pacis; unum corpus et unus Spíritus, sicut et vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ; unus Dóminus, una fides, unum baptísma; unus Deus et Pater ómnium, qui super omnes et per ómnia et in ómnibus.

RESPONSORIUM BREVE

6



Be-ne-di-cá-mus Patrem et Fí-li-um cum Sancto Spí-ri-tu. Ṙ
Laudé-mus e-um in sáe-cu-la. Ψ So-li De-o ho-nor et gló-ri-a. Ψ
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

IV



Te De-um * Patrem ingé-ni-tum, te Fí-li-um u-ni-gé-ni-tum,
te Spí-ri-tum Sanctum Pa-rá-clí-tum, san-ctam et indi-ví-du-am Tri-ni-tá-
tem, to-to cor-de et o-re confi-témur, laudá-mus atque be-ne-dí-ci-mus:
ti-bi gló-ri-a in sáe-cu-la. E u o u a e.

PRECES

Pater per Spíritum Sanctum carnem Christi Filii sui vivificávit et vivificántem pro nobis constitúit. Ad Deum unum et trinum hanc vocem glóriæ dirigámus:

Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto.

Pater, omnípotens ætérne Deus, Paráclitum Spíritum Sanctum in nómine Filii tui super Ecclésiám mitte,

- ut servet eam in unitáte caritátis et veritátis perféctæ.

Mitte, Dómine, operários in messem tuam, ut dóceant omnes gentes et baptizent

eas in nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti,
- et eas confírent in fide.
Dómine, ádiuva omnes, qui persecutióem patiúntur propter nomen Fílii tui,
- quia ipse promísit te Spíritum veritátis datúrum, ut loquátur in illis.
Pater omnípotens, te, Verbum et Spíritum Sanctum unum esse omnes agnóscant,
- ut unum Deum credant, sperent et díligant.
Pater vivéntium, fac defúntos consórtes glóriæ tuæ,
- in qua Fílius tuus et Spíritus Sanctus tecum in unitáte coætérni regnant.
Pater noster.

Oratio

Deus Pater, qui, Verbum veritátis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum admirábile mystérium tuum homínibus declarásti, da nobis, in confessiône veræ fidei, ætérnæ glóriam Trinitátis agnóscere et Unitátem adoráre in poténtia maiestátis.
Per Dóminum.